Quelle: https://manuscripta.at/?ID=416
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



omnia sacramenta. habeam omnem prophetiam.
fide autem quia dixit omnem. ut montem transferam. caritatem autem non habeam. nihil sum. Et
si distribuero omnia mea pauperibus. et si
tradidero corpus meum ut ardeam. caritatem autem non habeam. nihil mihi prodest. Nul
lum autem possunt dicere se habere caritatem. quia diuidunt unitatem. Hec dicta sunt.
secundum uideamus. Si phibuit iohannes testimonium quia uidit. quale testimonium phibuit. Quia ipse est filius dei. Oportebat
quod ut ille baptizaret quia est filius dei unicus
non adoptatus. Adoptatus filii ministri
sunt unici. unicus habet potestatem. ado
optatus ministerium. hic baptizat minis
ter non pertinens ad numerum. quia male uni
et male alii. Quia nos consolatur. Hic est
qui baptizat. Altera die iterum stabat
iohannes et ex discipulis eius duo. et respiciens
iesum ambulantem dicit. Ecce agnus dei.
Vnus iste singularitate agnus. Nam et dis
pulis dicit sunt agni. Ecce ego mitto
uos. sicut agnos in medio luporum.
Dicit sunt et ipsi lumen. Vos estis lumen mun
di. Sed alius ille de quo dictum est. erat lu
men uerum quod illuminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum. Sic et agnus
singularitate solus sine macula. sine
peccato. non cui maculae abstersae sunt. sed
cui macula nulla fuerit. Quid enim
quia iohannes ducebat de domino. ecce agnus
dei. Ipse iohannes non erat agnus. non erat
uir sponsus. non erat amicus sponsi. Ergo sin
gularitate ille. hic est agnus dei. quem singu
larite huius agni sanguine solo homines redi
mi potuerit. Fratres mei si agnoscimus pecu
nirem quia sanguis est agni. quia sunt illi qui hodie
celebrant festiuitatem necnon cui mu
lieris. et quia magnum est raptum est aurum dicit
de aure mulieris. et cucurrit sanguis.
et posuit ei aurum in truina uel in statera.
et pponderauit multum de sanguine.
Si pondus adiciendum mundum aurum
habuit sanguis mulieris. quale pondus hab
adiciendum sanguis agni per quem factus est
mundus. Et quidem ille spem nescio quis ut per
meret pondus placatus est sanguine. In
mundi spem nouam futurum iesum christum.
audierant abanglis. audierant ex
prophetis. et sperabant eum uenturum. Nam
si non sperabant. unde clamabant. quid nobis
et tibi. Venisti ante tempus nostrum [illegible] potere.
sum quia sis sestus dei. Venturum sciebant.
sed tempus ignorabant. Sed quod audistis in
psalmo de iesu. quod bene placitum
habuerit seruus tuus in lapides eius. et pul
uis eius miserebuntur. Tu exurgens mise
reberis syon. quia uenit iam tempus. ut mi
serearis eius. Quando uenit tempus ut misere
atur dns. uenit agnus. Qualis agnus est. Que
lupi timent. Quis est agnus. Qui leonem occi
dit occidit. Dicit est enim leo diabolus circum
iens et rugiens. quaerens quem deuoret.
Sanguine agni uicit est leo. Ecce specta